AUGUSTINUS
Salzburg, St. Peter, Anfang 9. Jh.
Seite 499
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

aperissimum testimonium. qd modo commemorauimus, sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus israel; Sed dicit aliquis duodecim illi apostoli consedebunt. non amplius. ubi ergo erit apostolus paulus; Numquid in se separatus erit. absit ut hoc dicamus. absit ut hoc uel tacito cogitemus; Quid si ergo in loco iudaeorum ipse resedebit. sed manifestauit scriptura diuina. quis in loco iudae sit ordinatus matthias. & expressa nominatus in actib: apostolorum. ut de illo dubitare non possimus; Cadente ergo iuda in plaudes numerus duodenarius, Cum ergo ille numerus duodenarius occupauerit duodecim sedes non iudicauit paulus apostolus; Ut for te stans iudicauit non ita. non facit hoc ille iustitiae retributor. non omnino stans iudicabit. qui plus omnibus illis laborauit, Certe uel iste unus apostolus paulus. cogito nos debere gentius cogitare. & perscrutari quare dictae sint duodecim sedes, Inuenimus enim & alios numeros in scripturis, multitudinem significantes. quinque uirgines admittuntur. quinque excluduntur, Ubi libet intellegere uirgines. siue in castitate. atque integritate cordis, ubi debet uirgo esse. tota ecclesia, Cui dicitur, Desponsauuos uniuuro uirginem castam exhibere xpo. siue in his feminis. quae dicuntur integritatem carnis de cata habere do, Numquid in tot milibus quinque sunt. sed in quinario numero intellegitur continentia. a quinque sensibus carnis, Et enim multis uenit corruptio poculos multis per aurem. multis per licitum uel factum. multis per nefarium gustatum. multis per adulterinum amplexum; ab his omnibus quinque iam uiscorruptis omnis. quicumque continent. & sic continent. ut in sua conscientia gloriam habeant. Non laudem ab hominibus expectent, Quinque sunt uirgines sapientes. habentes oleum secum; Quid est oleum habentes secum, gloriam. haec est testimonium conscientiae nostrae; rursus ille qui apud inferos cruciatur. habet ibi inquit quinque fratres; Intellegitur populus iudaeorum sub lege positos, Quia mors est latro legis. quinque libros scripsit; Item dns post resurrectionem iubet mitti retia in dexteram partem leuantur pisces centum quinquaginta tres; Et cum tam magni essent. ait euangelista retia non sunt disrupta, Cum ante passionem iussit mitti retia. non dicens in dexteram partem neque in sinistram; Quia si in dexteram dicere. solos bonos significare; si in sinistram solos malos; Ubi autem tacetur dextera & sinistra. mistica puntur boni & mali; Capti sunt autem tunc. sicut euangelium ueritas adtestatur. tam multitudo retia rumperentur; Significabat enim illa captura hoc tempus; Retia rupta significant. conscissionis. & conscissuras hereticorum. & schismaticorum; Quod autem post resurrectionem suam dns fecit. post resurrectionem nostram. nobis futurum significauit; In illo numero omnia eorum. ubi nullus erit malus. propter ea retia in dexteram missa sunt. dextro sexpuit seruit.